



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecyus, Johannes

Monachii, 1615

IX. Quid actione & paßione sua Christus effecerit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

Datus ergo, & redditus, me pro
me debo, & bis debo. Quid
Deo retribuam pro se? Nam e-
tiam si me millies repēdere pos-
sem, quid sum ego ad Deum?

C A P V T IX.

*Quid actione & passione sua Chri-
stus effecerit?*

REconciliauit nos Deo, ho-
stemque adeo eum, quo no-
centiorem & atrociorē nō ha-
bemus, videlicet peccatum, vi-
cit & profligauit. Id enim olim
Deus per Prophetā se facturum
promisit his verbis: *Auferam ini-* *Zach. 3.9.*
quitätē terrae illius, in die una, pas-
sionis scilicet. Fecit deinde quod
promisit; vulneratus enim est prop-
ter iniquitates, attritus propter scelera
nostra, ait Esaias. Confirmat id *Es. 53.5.*
D. Paulus, cum ita scribit: Deus fi- *Rom. 8.3.*
lum suum mittens in similitudinem

V carnis

carnis peccati, & de peccato damnationis

autem i-

spiritus in-

mam-

ab ille-

decor-

Paulu-

li eto m-

Adam-

num gr-

ti & acci-

vium

dit eo

delictu-

Verbiue-

ita &

vitam:

Dominu-

tia nob-

inspirat-

Geniu-

ta, ut

filij eius-

optione-

autem

5

I. Jo. 2.2. peccatum in carne. Et D. Joannes

Ipse est propitiatio pro peccatis nostris

non pro nostris autem tantum, sed e-

iam pro totius mundi. Et quando

peccatum animam inquinat, ill-

xtra superius dicta, ab iis sororibus

eam Christus lauit, iuxta

illud: *Dilexit nos & lauit nos*

peccatis nostris in sanguine suo, ut

& aquam quam de latere illius in

cruce fluxit, & mundans super-

niuem dealbavit. Quia rursus

peccatum suo modo pœna sine

temporaria, sive extinæ, ut &

reliquijs sinest, ab his quoq; nos

abluit, sicut in nobis iuxta Paulum,

nihil damnationis existat, pec-

catum scilicet omne, ut nubem,

Ez. 44.22. quemadmodū Propheta loqui-

tur, dispensans & consumens penitentiam,

vel demergens, & projiciens omnium

profundū maris, qui Michælaus

dus loquendi est. Non sustulit

autem

5

Mich. 7.19.

autem

UNIVERSITÄTS-

BIBLIOTHEK

PADERBORN



damna autem solum peccata, sed & gra-
Ioannes tiā iustificantem, & alia dona
tis nostris spiritalia nobis impetravit, ani-
mam, sed et quando absteris, miro gratia virtutum;
uinat, illis sordi- decore exornauit. Id ostendit D.
t, juxta Paulus in hæc verba: si unius de- Rm. 5.17
lielo mors regnauit per unum (scilicet
autem Adamum) multo magis abundan-
tia suo, ut illius in tiam gratiae, & donationis, & iusti-
ns super acipientes, in vita regnabunt per
a rursum unum IESVM Christum &c. Ad-
renæ sine dit eodem capite: Vbi abundauit
æ, ut & delictum, superabundauit & gratia.
no quod nos Vescient regnauit peccatum in mortem;
extra Paul- ita & gratia regnet per iustitiam, in
stat, pec- vitam æternam per IESVM Christum
ut nubem, Dominum nostrum &c. Siquid in gra-
a loqui- tia nobis spiraculum vitæ in faciem
s penitus, inspirauit, vitam nimis cælestem.
omnia in
iz & mo- Gehuit tertio nos verbo verita-
sustulit tis, ut Iacobus inquit, adeoque Iac. 1.8
autem filij eius sumus iuxta D. Ioannem, ad- 1. 3. 1.
opuione scilicet. Quid si filij & hæ-
V 2. redes

Rom. 8.17.

reales Dei, Paulo teste, hæreditatis opulentissimæ æternæ gloriæ Ad eam hæreditatem capescendam, legibus quartò, & mandatis salutaribus propositis, cœlo aperto reseratoque viam mon-

Hebr. 5.9.

strauit, quâ inire debemus; *Fa-*
ctus enim est omnibus obtemperanti-
bus sibi caussa salutis; Opportuus
verò remedijs ad id faciendum

Ez. 31.9.

iuuat. Victorem etiam nostrum
Diabolum, iuxta vaticinium E-
saiæ, percussit, vulnerauit Draco-
nem, exanimemque, ut Gregorius

Hom. 35.

Nazianzenus loquitur, *mortuum*
& immobilem reddidit, vel allig-
uit certè ad mille annos, diem nem-
pe extremi iudicij. Mortem tan-
dem, morte (verba sunt D. Au-

To. 10.

gustini) vestitus occidit. &, iuxta
Cor. 15.54. Paulum, absorpsit: Temporam
quidem in die iudicij, tunc e-
nim quos deglutivit euometil-
la. Interim, hominem mors hac

à pec-

à peccatis deterret , & fortiter
tolerata, præclaros Christi mar-
tyres efficit ; dilectis etiam som-
nus refrigerij est, & sanctorū præ-
tiosa , finis scilicet , secundūm D. In Serm.
Bernardum , laborum , victoriae de S. Malo.
consummatio, vita ianua, & perfe-
ctæ securitatis ingressus. Æternam
mortem iusti soli, beneficio ser-
uatoris nostri, superabunt. Bo-
nis ergo omnibus Christus, au-
reum omnino propitiatorium , nos
cumulauit , cornu salutis nos ere-
xit. Ecclesiam postremo ipsam
incomparabili thesauro ditauit,
sic ut ærarium publicum sit pau-
perum, fons gratiæ, pharmaco-
polium omnium medicinarum,
malorum omnium remedium;
stillant iam montes dulcedinem , & Iob. 3. 18.
colles fluunt lacte , & per omnes ri-
vos eunt aquæ , deserta germinant,
rupes fructibus replentur iustitiae. In-
greditur & egreditur homo, & pas-

V 3 6146

cua inuenit. Et quomodo omnia
dona eius qui scipsum nolis donauisse
benedictus ergo Deus, & pater Domini

Eph. 1.3. nostri IESV Christi, qui benedixit
in omni benedictione spirituali in ca-
lestibus, in Christo. sicut elegit nos
ipso ante mundi constitutionem, us-
semus sancti & immaculati. Bene-
dicta sunt etiam Christi opera,
qua fructu sunt dulcia, virtute
efficacia, actione potentia, me-
rito gloriofa, effectu miraculo-
sa, dignitate sublimia, magnitu-
dine immensa, numero infinita:
Benedictum nomen IESVS, be-
neficiorum eius omnium epilo-
gus. Maledictum autem pecca-
tum, quod his omnibus priuat:

Lei, & acrem & asperam me-
dicinam vidimus, vi-
deamus & no-
stram.

CA-